Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



anima eius. donec ueniret uerbum eius. Et loquium domini igniuit eum.
misit rex & soluit eum. principes populorum & dimisit eum. Constituit eum dominum domui
suae. & principem omnis possessionis suae. ut erudiret principes eius sicut semetipsum.
& seniores eius prudentiam docere. Et intrauit israel in egiptum. & iacob
adiacuit
accola fuit in terra cham. Et ecce quomodo multiplicauit populum suum nimis. & de reg
no in populum alterum. Et auxit populum suum uehementer. & firmauit eum super in
imicos eius. Si autem scire uultis quomodo eum firmauit super inimicos eius. audite.
Conuertit eos ut odissent populum eius. & dolum facerent in seruos eius. Misit moy
sen seruum suum. aaron quem elegit ipsum. Posuit in eis uerba signorum suorum. &
prodigiorum in terra cham. Misit tenebras & obscurauit eos. & exacerbauerunt
sermones eius. Conuertit aquas eorum in sanguinem. & occidit pisces eorum. Dedit
terra eorum ranas. in penetralibus; regum ipsorum. Dixit & uenit cynomia
& semiphes. in omnibus; finibus; eorum. Posuit pluuias eorum grandinem. ignem com
burentem in terra ipsorum. Et percussit uineas eorum & ficulneas eorum. & contriuit
lignum finium eorum. Dixit & uenit locusta & brucus. cui non erat numerus. Et
comedit omne fenum in terra eorum. & comedit omnem fructum terre eorum. Et per
cussit omne primogenitum in terra eorum. primicias omnis laboris eorum. Et eduxi
t eos in argento & auro. & non erat in tribubus; eorum infirmus. Letata est egiptus
in profectione eorum. quia incubuit timor eorum super eos. Et ecce quomodo populum suum fir
mauit super inimicos eius. Cum autem inimicis eorum usta mala iustitia eius influxerit.
quae ipsis largita sunt & paralia mia eius accipiunt. Et expandit nubem in pote
stione eorum. & igne ut luceret eis per noctem. Petierunt carnem & uenit coturnix.
& pane celi saturauit eos. Dirupit petram & fluxerunt aquae. abierunt in sic
co flumina. Quoniam memor fuit ubi sui sui. quod habuit ad abraham puerum
suum. Et eduxit populum suum in exultatione. & electos suos in letitia. Et
dedit illis regiones gentium. & labores populorum possederunt. Non ut propter ista
eum colant. sed ut ea quoque ad bonum eorum referant atque conuertant. id est ut cus
todiant iustificationes eius. & legem eius exquirant. Quecunque alia bona dat
dominus referenda sunt ad gratuitum cultum eius. ipse autem cultus eius non est referendum ad
alia bona quae dat dominus. Et enim erit gratuitum. Ad quod certum puocans hostis aus
est dicere domino. Numquid gratis iob colit deum. Porro si in seruum uenundatus est io
seph & humiliatus exaltatus locum fecit ad temporalia bona populo dei. ut firma
retur super inimicos eius. quorum magis ibi uenundatus & humiliatus a fratribus; suis sedem car
nem & exaltatus in celis. locum fecit ad aeterna bona populo dei. triumphans de dya
bolo & angelis eius. Audite quidem semen abrahae non de carne gloriantes sed in uentes fide.
Audite serui dei & electi dei. promissionem habentes uiuere presentis & futuri. Si tem
tationes durant sunt in hoc seculo. ioseph in carcere. ibi in cruce cogitate. Si paliu